



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Vitæ Sanctorum Sacris per singulos anni dies
Meditationibvs illustratæ**

Paderbornæ, 1697

S. Hieronymvs Doctor Eccles. 30. Septembris.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62968](#)

D. Mi-
des ter-
li Prin-
verum
iscum,
tius vitæ tuæ. Heu! quid dicturus? quid facturus
estremendo illo die, nihil tunc divitiæ, nihil scien-
tiæ, sola piè facta proderunt. An quæ piè fecisti suf-
ficiunt ad æternam gloriam? in id potissimum incum-
be, ut cor purum & conscientiam bonam habeas:

*Nam veniet dies illa, in qua plus valebunt
corda pura quam astuta verba, con-
scientia bona, quam marsupia
plena.* Bernardus.

S. HIERONYMVS DOCTOR ECCLES.

30. Septembris.

*Sicut probati sumus à Deo, ut
crederetur nobis Evangelium,
ita loquimur non quasi homi-
nibus placentes, sed Deo qui
probat corda nostra.*

Paul. ad Thessal. c. 2.

*Fuit HIERONYMVS natione Dalmatica;
Mundum penè omnem cùm lustrasset,
neque usquam hic arrideret, pedem extra*

Mun-

Mundum tandem posuit, hoc est, ad An- cui
choretas transtulit. Hic dum identidem pro- nta
fanos adhuc scriptores lexitat; evocatus ad
divinum tribunal, quis sit & rogatur, Re-
spondet Christianum se esse: at negat judex.
Ciceronianum esse dictitans, non Christia-
num: simul mendacij convictum cædi tam-
diu imperat, dum vitæ emendationem HIE-
RONYMVS, Cœlites vadimonium spon-
dent. Et certè amplius quid fuisse quām so-
mnium sparsæ passim per omne corpus pla-
gæ loquebantur. Quid jam mirum, si exin-
de, quidquid demum ageret HIERONY-
MVS, auribus tuba illa fatalis obmurmuru-
rabat, oculisque vindex ille Judex oberrabat?
Porrò in more positum habuit, cum orcus
incursaret, ad Jesu pedes confugere hos lon-
gis jejuniis multisque lacrymis mollire; infe-
sta interim cogitationum agmina assiduis fa-
xorum ictibus è pectore propulsare, tam dul-
ci victoriæ fructu, ut quandoque sublatum
in cœlum se putaret, qui mersum modò imis-
se inferis credebat: Interim etiam dum vixit,
Doctorem suum in HIERONYMO Orbis
Christianus coluit, hostem verò hæresis exti-
muit. Ipse vitam denique ibi clausit, ubi or-
diri Deus infans voluit, magnus hæcos, ut
in cui

ad Ana- cui in tumulum, Christi cunæ cesserunt. Ex
dem pro- vita ejusd. ep.

MEDITATIO.

In vitam Sancti Hieronymi.

Hic S. Ecclesiæ Doctor reliquit profanos libros
ut sacros interpretaretur, & grassantem hæ-
reticorum pestem depelleret. Usque quo studebis
vanitatis, voluptatis, & pecuniæ causâ. Vide quid
sequaris vigiliis ac laboribus tuis, rectiorem habe in
studiis & actionibns tuis intentionem: quære glo-
riam Dei, quære tuam salutem. Memento æstiman-
dam esse scientiam, sed scientiæ anteponendam esse
sanctitatem S. August. *Amate scientiam, sed anteponi-
te Charitatem:*

2. S. Hieronymus secessit ex urbe Româ, ubi tan-
to honore colebatur, ut in solitudinē Bethlehemiam
abderet sese, à mundi periculis remotior esset. Præ-
vide occasiones peccandi, nec iis te committe, fu-
ge in solitudinem. *Laus magna deserti, ut diabolus qui
in paradiſo vicerat, in eremo vinceretur.* Euche.

3. Frequens extremi judicii meditatio eum in soli-
tudinem compulit, in qua Saxo tundens peccatus,
peccatorum suorum veniam à Deo flagitabat.
Opor-

Oportet ut terribilis hujus judicii tuba aures tuas
semper circumsonet. An paratus es ad reddendum
vitæ rationem? hoc meditare, huc te para, con-
tine, rejice mundi voluptates, crucem ample-

ctere: Hæc si feceris, tunc ad vocem tubæ
parabit terra cum populis & tu
gaudebis. Hieron.

S.

